
 HOC FACITE.

REPETIT mandatum de celebrando etiam poculi symbolo, & de fine. Sententiam prius explicatum habeamus. Summa est: Usus Sacramenti hujus necessarium sanciri in Ecclesia, omnesque sacrosanctæ hujus *Ἀσπιζέως* corruptelas vetari hoc Dominico præcepto.

Si enim hoc faciendum est, quod fecit, & fieri iussit Dominus: non utique liberum est nobis, Eucharistiam negligere, ac multò minus humanis additionibus Dominicam institutionem corrumpere. Observetur etiam præcepti amplificatio, de sæpius iteranda hac *Ἀποβυζία* in Ecclesia: *Quotiescunque biberitis: & mox: quotiescunque ederitis.* Non igitur semel tantùm communicandum, ut baptismus semel accipiendus: sed sæpius & sæpissimè. Ratio discriminis ex causa subjecta intelligetur. Semel nascimur: semel & renascimur. Semel igitur baptizamur in renascentiæ symbolum: sæpius verò nutritione egemus. Sæpius igitur mors Domini celebranda: sæpius Eucharistiâ utendum.

26. QUOTIES CUNQUE INIM HUNC PANEM EDERITIS.

Haç